

Nicolaus⁵¹⁾ etc. Quia sapientem virum dominum / talem, civem Tudertinum, iudicem nostrum, et eius filium dilectum, / familiarem nostrum, latorem presentium, suis meritis precipue dilectionis / brachiis amplexamur ferventer, inducimur ad eorum profectus / et comoda modis quibus possumus favorabiliter procuranda. Cum / igitur audiamus, quod idem dominus ex defectu corporee sanitatis non / potest ulterius labores vestri gravis et honorabilis officii suppor/tare, prudentiam vestram requirimus, rogamus et hortamur attentius quatenus, / nobis in eo specialem gratiam facientes, proviso ei de suo salario / prout decet, eum ab officio suo libere relaxetis, et de libero / redditu plenam et gratiosam ei licentiam concedatis. Scimus siquidem / quod de omni gratia et honore quam eisdem domino .. et eius filio conferetis / placebitis communiter Tudertinis, a quibus ipsi merito diliguntur, nosque / constituentis ex hoc nunc et in posterum ad vestri comunis profectus et / comoda promptiores. /

75.

Die Stadt Todi an eine andere Kommune (nur das Protokoll des Briefes, ohne salutatio).

Hs. fol. 13^v.

Nobilibus et prudentibus viris consiliariis, consilio et comuni / amicis suis intime diligendis, .. capitaneus comunis et / populi, necnon consules arcium et populi civitatis Tudertine //

76.

Schluß eines Briefes.

Hs. fol. 14^r.

[...] // possessionibus molestari presumant — tertia die etc.

77.

Jemand beklagt, daß eine von ihm geliebte Dame namens F. einen anderen Mann geheiratet hat. — Das Stück findet sich auch in der Briefsammlung des

⁵¹⁾ Nicolaus, Bischof von Todi, ist als Rektor des Herzogtums Spoleto zum ersten Mal am 18. Oktober 1291 bezeugt (W a l e y, *The Papal State* S. 313 Nr. 28); am 16. Juli 1292 ist Richard Annibaldi, Verfasser des Briefs Nr. 99, Rektor (W a l e y Nr. 29).